nentes nec testimonium reddere nec, si[g] quam[h] forte volumtatem ediderint, nullam[i] poterit[k] firmitatem habere. Nam qui[l] per intervalla temporum vel orarum salutem[m] videntur recipere et integra interdum mente persistere, de suis rebus ferre iudicium proiberi non poterunt[n].

X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas omnium volumtates.

Morientium[a] extrema volumtas, sive sit autoris et testium manu suscripta, sive utrarumque[b] partium signis[c] extiterit roborata, sive tantumodo verbis coram probationem patuerit promulgata, omni perenniter valere[d] subsistat. Id tantum magnum[e] opere procurandum[f] est, ut, quod[g] instante quocumque[h] periculo conscribi nequiverit, infra sex mensium[i] spatium qui hoc audierint suam coram iudice iurationem[k] confirment eiusdemque iuramenti condicionem tam suam quam testium manu corroborent. Dumque hec res plenum venerit in effectum, pro instania sui laboris idem testes ex defuncti bonis trecensime pretium portionis prosequantur in solidis[l] tantummodo nummis[m], cartarum strumentis[n] et librorum voluminibus sequestratis, que pertinebunt ad heredes integritate successionis. Qui testes infra sex menses procurent illi denuntiare, in cuius nomine per talem hordinationem res translata dinoscitur extitisse. Quod si omnem[o] legis huius decretum testes illi, quibus conmissum est, infra constitutum tempus distulerint adinplere, noverint se falsariorum damno multari.

XI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter firmentur volumtates eorum, qui in itinere moriuntur[a].

In[b] itinere pergens aut in expeditione publica[1] moriens, si ingenuos secum non habeat, volumtatem

g) sic *R* 2. h) qua *R* 1. i) ullam *R* 2. k) poterint *R* 1. l) que per intervalle *R* 1. m) salute *R* 1. n) potuerunt *R* 1.

X. a) Morientis *R* 1. b) utrumque *R* 1; utrorumque *R* 2. c) aut subscriptionibus, *quae add. ed. Matr., des. R* 2. *E* 1. 2 *et, ut videtur, etiam R* 1. d) *ita pro* valore *R* 1. 2. e) magno opere *R* 2. f) procuretur *pro* proc. est *R* 1. g) *deest R* 1. h) quodcumque *R* 1. i) mensuum *R* 2. k) sua — iuratione *R* 2. l) *ita R* 1. *E* 1; solis *cett. codd.* m) numhis *R* 1. n) *ita R* 1; instrumentis *R* 2 *cum cett. codd.* o) omne *R* 2.

XI. a) moriuntur. In itinere *des. R* 1. b) Qui in i. *R* 2.

1) *Satis constat haec ex iure Romano sumpta esse; minus autem, quo ex fonte hauserit Chindasvindus.*